

A divinam perdit. Sublato enim fidei divinæ fundamento, totam fidem ruere necesse est. & solam opinionem vel fidem humanam errori obnoxiam, quæ reliqua credat, remanere.

Decimò & postremo. Hæc sententia est maxime periculosa in praxi. Facit enim, ut homo non curet, quam Religionem teneat, quid credat, vel non credat; itaque non inquirat veritatem; & tam facile ac securè suscipiat fallā, quam verā. Omnes tamen non solum Catholicæ, sed etiam nobiliores sectæ, & quicumque aliqua doctrinæ vel sapientiæ laude sunt celebres, pro certo stant, ut abque vera Religione & vera fide non posse salutem obtineri; & quotquot vera Religione caruerint, in æternum perituros. Itaque sectatores hujus sententiæ damnantur ab omnibus, & ipsi soli pollicentur sibi salutem nullo auctore, nullo Scripturæ testimonio, nulla ratione suffulti, sola cerebri sui vanæ & stolidæ imaginatione confisi; Audiant igitur ex S. Fulgentio, quid semper tenuerit antiquitas, quid omnibus sæculis docuerit Ecclesia. Sic igitur communis fidei regulas tradens, scribit lib. de Fide ad Petrum Diaconum, cap. 38. Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Judæos, Hæreticos, atque Schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui parati est diabolus & angelus ejus. Et c. 39.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, quemlibet Hæreticum sive Schismaticum, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesia Catholica non fuerit aggregatus, quantumcumque elemosinas fecerit, est pro Christi nomine etiam sanguinem suderit, nullatenus posse salvari, Omnium hominum qui Ecclesia Catholica non tenet unitatem, neque Baptismus, neque elemosina quantumlibet copiosa, neque mors pro Christi nomine suscepta proficere poterit ad salutem, quamdam in eo heretica vel schismatica pravitas perseverat, qua ducit ad mortem.

Hæc semper fuit Ecclesiæ fides, & omnium Patrum indubitata doctrina: quam omnes qui extra Ecclesiam versantur, utipam accuratè perpenderent! Viderent profectò, quam periculoso in statu verentur. Tu Christe, Lux mundi, mentibus eorum affuge.

cujus flamma ad cœlum perveniens consistit. Id vates interpretati sunt, quod vit bonus, aspectu eximius & admirandus principatum adeptus, præsentibus turbis civitatem liberaturus esset. Hoc audio Sylla ille, inquit, ego sum. Nam illi erat peculiare, comam habere auream ignisq; concoloris necesse fecit, virtutis potere, qui res tam multas tamque præclaras gessisset. *Plut. in Sylla.* Idem, cum Athenienses ad eum duos treve mississent de pace acturos, atque illi nihil adferrent, quod ad incolumitatem civitatis faceret, sed Thæseum, Emopolpum, & res adversus Medos gelitas verbis inanibus jactarent: Abite, inquit, d'beati, illasque orationes vobiscum referre: non enim dicendi cupidus hac missus sum à populo Romano, sed ut rebelles subvertam. *Idem.*

Cum Parthi denunciassent Crasso per legatos, ut fidei arati consilens à bello abstineret, jam sexagenarius, respondit: In Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agidius legatorum unus, sublata manu mediam palmam ostendens: Prius, inquit, in hac manu nascentur fœcæ, quam tibi Seleuciam concipiendi sit futura potestas. *Plut. in Crasso.*

Julius Cæsar, quum Romæ maximi pontificis dignitatem ambitet, competitorè Q. Catulo, primæ apud Romanos dignitatis ac potentie viro, marri ipsi ad fores deducitur: Hodie, inquit, o mater, aut pontificem maximum habebis filium, aut exulem, Excelsa indoles, omnique repulæ impatiens. *Plut. in Rom. Apoph.*

Pompeius, quibusdam se videre negantibus, quomodo posset Cæsaris imperium sustinere, hilari vultu venit illos hac de re esse sollicitos: Nam simulac, inquit, solum Italia pede pulsaverit, exillent astanti equitres pedetregre copia, Prærens quidem animus, si fortuna respondisset. *Plut. in Apoph.*

Maximinus, quum nimium fideret corporis viribus, quidam in theatro ipso præfente Græcos verus recitavit, quorum hæc est sententia:

Elephas grandis est, & occiditur, Leo fortis est, & occiditur, Tigris fortis est, & occiditur. Cave multos, si singulos non times.

Qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur. *Capitol.*

Antigenidas, cum scitè canens, populo minus probaretur: G. Mihi, inquit, cano & musis: admonens, prorsus esse contempnendum imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abundè magnum premium sit ipsa conscientia. *Erasm. lib. 7. Apoph.*

Anacharis, cum ex patria Athenas ideo profectus esset, ut apud Solonem philosophiæ studiis animum excoleret, reversus in patriam, leges Scytharum iuxta consuetudines Græcorum formare voluit, ob quam causam à fratre in venatione occisus est. Verum cum jam moreturum, in hæc verba prorupit: Ego ob eruditionem meam incolumem è Græcia missus sum, & nunc per invidiam, in propria mea patria trucidor miser. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Euripides, quum populus Atheniensis tumultuaretur, offensus sententia quadam in illius tragedia: quæ cum agebatur, & authorem efflagitaret, ut eum multaret, progressus in scenam dixit: Se ut populum doceret, non ut ab eo diceret, fabulas solere componere. Eruditio sibi conscia contempit multitudinis iudicium. *Erasm. lib. 6. Apoph.*

Idem, apud Alcibiadem tragediarum scriptorem aliquando questus est, quòd summo tridui labore adinixus, non potuisset nisi tres versus abfolvere. Contra Alcibiadi gloriantis, quòd ipse perfactè centum abfolvisset uno die: At tui, inquit, ad triduum modò, mei in omne ævum duraturus sum. *Idem ibid.*

Dionysius, cum oburgaret filium, quòd civis cupidam Syracusani uxorem stuprasset, cum hoc tam indignum facinus à parente suo nunquam vel vidisset, vel audivisset etiam ab aliis, respondit filius: Verum est, pater, hoc abs te nunquam audivi: sed id accidit, quòd nunquam patrem Regem habuisti. Ad quem pater: Nec tu quidem, mi fili, nisi hæc facere desinas, unquam habebis filium Regem. Quod mox contigit: Nam cum Dionysio seniori filius successisset, haud multo post ob indigna pœnora Syraculis pulsus est. *Eng. lib. 7. cap. 2.*

B. RONTUS Imp. cum pecuniis multa in partem à plebe, partim etiam à senatoribus minus aque vi extortam profudisset, oburgatus à matre, quæ aliquam pecuniæ partem in alium vltum conferre conabatur: Desine, inquit, sollicitè esse de pecuniâ; & ostendens gladium nudatum: Quamvis hunc labebimus, nihil deerit nobis. Fretus enim sua potentia, nihil in toto Impe-

A Imperio esse sibi ipsi persuadebat, quod armata manu rapere non posset. *Dion. Niceus & Xiphilinus in Antonio.* Idem, quum propter nequiciam quadam facinora se à Senatu contemni animadverteret: Certo, inquit, scio, vos res à me gestis minime contentos fore: propterea in armis sum, hæbeoque apud me milites, ut possum motores, qui spargantur de me, contempnerent. *Dion. & Xiphil.*

Socrates, quum iudices inter se discreperent, qua pœna dignus esset Socrates, Ego, inquit, ob ea, quæ feci, dignum me censo, qui ex publico alar in Prytæno. Nam hoc honoris habere solebat, qui præclarè de Republ. essent meriti. *Ciceron. lib. 1. de Orat.*

EPAMINONDAS quum Lacedæmone reversus, cum suis comitibus capitis postuleretur, eò quòd præter legem Bœoticiæ præfectoræ menses quatuor addidisset, iussit, ut duces in ipsam rejicerent crimen, tanquam vi compulsi. Ipse autem pro se dixit, non habere se sermones factis meliores. Senies ipas res gestas reo patrociniari debere. Quòd si, inquit, omnino aliquid dicendum est apud Iudices: peto, ut cum me occiderint, columna damnationis titulum adscribant, quo Græci videant, quòd Epaminondas Thebanos nolentes coegerit, Lacedæmoniam, quæ per quingentos annos capi non poterat, ac Messaniam incolerat annis 230. in igne ferroque populari: tum Arcades inter se conciliare, relique illorum componere: denique Græcos libertati restituere: Hæc enim omnia sub ipso gesta erant. His auditis, discesserunt iudices, & calulos de illo ferre non poterunt. *Plut. in Apoph.*

SCIPIONIS Senatus decreverat, ut pecuniâ sumeret ex arario: at quum quatuor ararii negarent se eo die aperturos, ipse (inquit Scipio) aperiam, quum me causa clauditur, qui tanta pecuniarum vi repleverim ararium. Vacua non clauduntur, idèd Scipio per jocum dicebat, sibi hoc laboris suscipiendum, ut aperiret, qui fuisset in causa, ut tam diligenter clauderetur, ut quæstoris diei spatium quaereret ad recludendum. Exemplum ingentis fiduciæ meritis quæsitæ. *Plut. in Apoph.* Idem, quum à Perilio & Quinto tribuno plebis multis nominibus accusaretur apud populum Romanum, nihil ad crimina respondit, tantum hoc dixit: Hæc die, Quirites, Hannibalem & Carthaginem devici, proinde accendo in Capitolium Jovi Opt. Max. sacrificaturus: Si quis de me iustitiam ferrea velit, ferat. Hæc loquutus, ascendebat ad Capitolium, relictis accusatoribus, nondum perorata causa. Tantum valet egressus in Kemp. meritum fiducia, ut repente iudicii vigor verus sit in orationem, & reus pro supplice egerit triumphantem. *Plut. in Apoph. & Plin. Junior. de viris illust.*

SPIRITUALIBUS. Nempè FIDUCIA IN DEUM.

Plæcarius vir S. Antoninus vocaverat ad prandium amicum quendam: cumque panariæ cellæ præfectus ejus iussu omnes panes in egenos distribuisset, bile actus, quòd hospitem adduxisset, nihil prandio superesse dixit; at Præsul, Ne diffidas, ait, nam qui iumentis opportuno tempore escam tribuit, is certè nos homines pascere non tardabit ad negliget. *F. Vinc. Maior. d. in vit. Sm. tom. 2. Beyerlinck in Apoph. Christian.*

De Francisco Borgia Societ. Jesu traditum est, cum Hispali moraretur, accidisset, ut nec cibum domi nec pecuniam haberet, datoque signo, cum in triclinium conveniret, ille paululum se colligens, Deum precabatur: moxque hilariorè vultu; Deo fideite, inquit: illi curæ sumus. Dixerat: & ecce pullans ad ostium, eborum canistrum deserit, quem is conspicuus: Dilecte, ait, illi Deo fidere: cuius si gloriam quaerimus, animis corporibusque nihil unquam desore, pro explorato habetore. *Ribad. lib. 2. vita ejus. c. 10. Beyerlinck supra.*

Philippus Augustus F. R. ducebat copias adversus Othoneum Imp. causa Ecclesiæ tuendæ; cumque suos ad fortiter pugnantium invitaret, ajebat: Viri commilitones, spem capimus rei benignè gerendæ, præsertim cum adversus sacris interdotos & Ecclesiæ spoliatores dimicemus. Nos enim, et si per humanæ fragilitatis tenuitatem peccatores sumus, communionem tamen tenemus fidei & religionis Catholicæ. Grandis fiducia Deum non detore iis, qui pro sui nominis gloria dimicant. *Guaguinus lib. 6. de reb. Gall. Idem supra.*

Vide Apoph. de Dei CURA ET PROVIDENTIA. FIDUCIA IN REBUS ADVERSIS.

EXEMPLA BIBLICA.

DAVID sæpius ad Deum in periculis confugiens, toties ab eo consiliis & auxiliis accepit. *1. Reg. 28.*

DAVID cum locis suis videns, quòd eo absente Siceleg infelic. *L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.*

sa esset, omnesque uxores & parvuli cum tota substantia perlatrones à Maleicis abducti, in re tam desperata, ceteri quidem levaverunt voces suas, & plaurerunt, donec desecrent lacrymæ; sed statim confortatus David in Domino Deo suo consulit Dominum, persequitur Iamunculos, comprehendit eos, & excutit prædam. *1. Reg. 29.*

ASA Rex Juda initio pius & bonus, quamdiu in Domino Deo spem suam ponebat, parva suorum manu Ethiopes usque ad interemcionem percussit: Quum autem Dominum derelinqueret, & à Benadad Rege Syriæ contra Balañ Regem Israel auxilium peteret, à Domino derelictus est. *2. Paralip. 1.*

Aliud quoque egregium de Davidis fiducia exemplum contra Goliath, cui David dixit: Tu venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. *2. Reg. 37.*

In hac fiducia Joannas turbavit castra Philistinorum solus cum suo armigero, dicens: Non est Domino difficile salvare vel in multo, vel in paucis. *2. Reg. 14.*

NEHEMIAS videns tot imminere pericula & labores in reedificanda Jerusalem, dixit adificandus: Deus noster pugnat pro populo, & nos ipsi faciamus opus. *Nehem. 4.* Sulanna, quòd fiduciam haberet, salva facta est. *Daniel. 13.* Sic Judas Machabæus ad suos milites: Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo sortitudo est. *1. Mach. 3.*

HISTORICA.

Illustre est hujus in Deum fiduciæ exemplum in Adriano I. Pont. Rom. Cum enim Desiderius Longobardorum Rex multo ditioris Romanæ urbes jam cepisset, novissimè, ab eo Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocati; cupiens astu ante Carolum urbem Romanam inire, simulavit voto se ad salutanda principis Apostolorum limina profecti vellet; quod cum prudens Pontifex animadvertisset, referatis prius templi atque urbis portis, misit qui Desiderio sub anathematis pœna imperarent, ne propositi ad urbem accederet. Incredibile forsitan videatur, & tamen vero ipso verius est, barbarum Regem, superbitæ atque immanitatis plenum, quem arma non moverant, simplici anathematis denunciatione territum, sententia mutata, retrò exercitum convertisse. *Baptist. Fulg. lib. 1. c. 1.*

Non minus illustre est exemplum quod commemorat Cedrenus apud Zonaram tom. 3. *Annal. in Anastas.* cuius historice Cedreni additiones interfuerunt, his verbis: Castrum est in Persiarum atque Indorum confinio, nomine Tzadader, in quo multum pecuniæ, margaritarum, & lapidum pretiosorum repositum à demonibus asservabatur. Cabades Rex Persiarum, ea re percepta, castrum occupare eiñs. Cùmque ei à demonibus obfiteretur, omnibus & Magorum & mox Judæarum tentatis artibus, impositus propositi fuit. Ergo quum ei persuasum esset, Christianorum ad Deum precibus eo se potiri posse, hoc à quodam Episcopo Christianorum in Perside agentium contendit. Is synaxi coacta, cum divinis mysteriis communicasset, ad locum accedens, demones ibi morantes exegit, castrumque Cabada nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in consensu locum Episcopo ei tribuit, quem hæctenus Manichei & Judæi tenebant: liberam quoque potestatem fecit eis, qui baptizari vellent.

B. MARTINUS, postquam baptismo fuit initiatus, solo nomine ferè per biennium militiam exercuit. Interea irruentibus intra Gallias barbaris, Julianus Cæsar coacto in unum exercitu, apud Vangionum civitatem donativum cepit erogare militibus. Et (ut est conieturandum) singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Cum verò opportunum tempus existimans, quo peteret missionem (neque enim integrum sibi fore arbitrabatur, si donativum, non militarium acciperet): Hactenus, inquit ad Cæsarem, militavi tibi nunc patere, ut militem Deo: donativum tuum pugnatorem accipiat alter: Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Tum verò adversus hanc vocem Tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnæ, quæ postera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiam. At Martinus intrepidus, imò illato sibi errore constanter: Si hoc, inquit, ignavia adscribitur, non fidei, castitina de ante aciem inermis adlabo, & in nomine Domini Jesu Christi, signo Crucis, non clypeo, protectus, aut glæa, hostium cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in custodiam jubetur, facturus fidem dicitis, ut inermis barbaris obijceretur. Postera die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia, seque dedentes. Unde quis dubitet, hanc verè beati viri victoriam, cui præstitum,

A) *Accessu gratis super his mediisque nepoti,
Bina deit nostris qui iuga nominibus.
Ipe nepos te fecit avum, mihi filius idem:
Et tibi ego, hoc nato non sum; ambo patres.
Nec jam sola mihi pietas mea suavit amorem,
Nominis te gemini jam genitoris amo.
Accessit titulus: tua quo reverentia crescat,
Quo doceam natum, quid sit amare patrem.
Quippe tibi aequatus videor: quod parvulus iste
Nominis honoratum me quoque nobilitat.
Atque aras quia nostra eadem: nam supparis avi
Sum tibi ego, & possim fratris habere vices.
Nec tantum nostris spatium interponitur annis,
Quanta solent alios tempora dividere.
Vidi ego natales fratrum distare tot annis,
Quot nostros eum nomina non onerant.
Pulchra juvenata tibi, senium sic jungit, ut avum
Quod prius est, maneat, quod modum, ut incipiat.
Et placuisse reor geminis etatibus, ut se
Non festinat tempore utraque daret.*

B) *Leviter hoc flueret, hec non properata veniret,
Maturamque frugem flore manente ferens.
Annos ne nescire tuos, pater optime testor;
Totaque putare meos, quae reor esse tuos.
Nesciat hoc natus, numeret properantem hares,
Testamentum magis, quam pia vota juvenis,
Exemplo docens pravo juvonescere natos,
Ut nolint patres se quoque habere senes.
Verum ego primaevo genitore, fatebor,
Supparis haec in avi tempora grata mihi.
Debeo, quod natus suadet pia cura nepotis.
Addendum patri quo venerentur eum.
Tu quoque mi genitor geminat a vocabula gaude,
Nati primaevo nomine factus avus.
Exiguam quod avus, faveam pia munima divum,
Deque nepote suo fiat avus proavus.
Largius & poterim producere fata senectam.
Sed rata vota reor, quae moderata magis.
* FILIORUM OBEDIENTIA ERGA*

PARENTES.

C) **EXEMPLA S. SCRIPTURAE.**
ISAAC ad jugulum usque patri fero, ut impotens rogo, vi-
bratum in cervicem acinacem non expavescit. *Gen. 22.*
JACOB patri suae obtemperans, ad fratrem illum Laban in
Haran proficiscitur. Patri etiam mandatis obaudiens, ne de
filibus Canaan uxorem acciperet, Deum in omnibus sibi pre-
sentem sensit. *Gen. 27.*
JOSEPH a patre suo iustus, ut fratres in deserto ovium custo-
diam agentes accederet, ei pareat, licet fratres extremo sui odio
flagrare contemptum haberet. *Gen. 37.*
RECHABIT filii Jonadab patris sui praeceptis firmiter insi-
stunt. Quem eorum zelum, licet circa humanas versetur tra-
ditiones, Deus tamen ipse apud Prophetam commendat. *Je-
rem. 35.*
Obediens fuit Christus Dominus patri usque ad mortem, &
matri, patrique putativo, per omnia, quae subditum ac mori-
gerum filium decet. *Luc. 2.*

HISTORICA.

Pater Gregorii Nazianzeni, Ecclesiae Nazianzenae Pastor,
cum per aetatem graviores labores ferre non posset, hoc secun-
do egit apud filium, ut pro se ille Ecclesiae Nazianzenae curam
administrationemque susciperet. Ad eamque rem non admini-
strationem tantum & cohortationem adferebat, sed & imprecia-
tionem admiscebat ex senectutis contemptu nascentem. Hic
autem quietem nullis occupationibus interpellatam sibi procu-
rans, & magni momenti esse censens morem patri gerere, his
verbis eum alloquitur: Pater, tamen mihi molesta sunt, quae
imperas, in gratiam tamen tui haud quaquam reculo. Nazian-
zenae curam suscipio. Hoc tamen velim sacrosancta tua & pia pru-
dentia cognoscat, nulla ratione fieri posse, ut te ex hac vita
egresso, Ecclesiam retineam. Subjungens igitur pater: Ita sane,
inquit, o fili, mihi viventis scipionis vice esto, senectutem
meam suscipiens, paternisque precibus vicissim fulus. Cum au-
tem vita excessero, pro animi arbitratu res tuas constitue.
His auditis, ipsi assidue adhaerebat, praeclearissime curans tum
ipsum caputem, jam ad centesimum accedentis, tum matris sen-
ectutem, non multum ab ea aetate distans. *Gregor. Presby-
ter. in ejus vita a quodam Sur. tom. 3. die 9. Maji.*
Scribit D. Hieronymus de Marcella vidua, quod in tantum
Albinam matri suae obedirens erat, ut interdum faceret, quod

nolebat: Nam cum illa suum diligeret sanguinem, & absque
filio, & nepotibus, vellet in fratris liberis univervia conferre;
Marcella vero pauperes eligeret: tamen matri contraire non
poterat, monita, & quicquid spectulicis fuit, divitibus pe-
ritura concedens, magisque volens pecuniam perdere, quam
parentis animum contristare. *In Epitaph. Marcellae viduae ad
Principiam tom. 1.*

EUSTOCHORUM virginitas & Ecclesiae pretiosum monile, ita
semper adhaesit matri Paula, & ejus obedienti impertis, ut nun-
quam absque ea cubaret, nunquam procederet, nunquam ei-
us caperet, ne unum quidem nummum haberet potestatis
suae, sed & paternam & maternam substantiam a matre distri-
bui pauperibus letaretur: & pietatem in parentem hereditatem
maximam & divitias crederet. Cum mater incidisset in gravis-
simam valetudinem, & quod optabat, invenisset, ut mundum
desereret, & plenius Domino jungeretur, in eo languore, Eu-
stochii filiae probata in matrem pietas, magis ab omnibus com-
probata est. Ipsa assidue lectulo, flabellum tenere, sustentare
caput, pulvillum supponere, fricare pedes, manu stomachum
convolvere, mollia frata componere, aequam calidam tempera-
re, mappulam apponere, omnium ancillarum praevenerit officia,
& quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum.
Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemis, inter facientem
matrem & specum Domini discurrebat! ne privaretur tanto
contubernio, ne illa absente viveret, ut eodem sereno portaretur.

TRANSAMUNDUS Rex Vandalorum Arianam impietate infe-
ctus, cum jam morti vicinus esset, Hilericum filium suum ex
Eudovia filia Valentini Imperatoris a Genetico captivum, sa-
cramento afringit, ne Catholicis in regno consuleret. Qui pa-
tre mortuo, Deo magis obediendum esse quam hominibus re-
tendit judicans, antequam regnum susciperet, omnes Catholicos
ab exiliis iussit revocari, & Episcopos Ecclesiae reformari. Ste-
que suscepto regno, regnavit annis octo, evoluit septuaginta
annis, ex quo Geneticius avus eius statum Ecclesiae in Africa
profanavit. *Ex Chron. Sigebert. ad an. Dom. 520.*

Hoc autem licitum esse, hujusmodi exemplo demonstrari po-
test ex dialogis B. Gregorii lib. 2. c. 21. desumpto: Rei, inquit,
ille quam narro, vir sanctissimus Eleutherus senex pater testis
extitit: mihi quoque intimare curavit, quod in Spoleta urbe
puella quaedam jam nubilus, cuiusdam primarii filia, caelestis vi-
tae desiderio exarset, quae pater ad viam vitae resistere conatus;
sed contempto patre, conversionis habitum suscipit. Quae ex re
factum est, ut eam pater suae substantiae exheredem faceret, ni-
hilque ei aliud, nisi sex uncias unius possessumculae, largiretur.
Ejus vero exemplo provocata, coeperunt apud eam multae mul-
titudinis generis puellae converti, atque omnipotentis Domino
dedicatae virginitate servire. Quadam vero die idem Eleuthe-
rius Abbas vir vite venerabilis, ad eam gratia exhortationis at-
que adificationis accesserat, & cum ea de verbo Dei collo-
quens sedebat. Cum repente ex eodem fundo, quem in sex un-
ciis a patre perceperat, cum Xenio rusticus venit; qui dum an-
te eos assideret, maligno spiritu correptus cecidit, fatigique
nimis stridoribus atque balatibus cepit. Tunc sanctimonialis
femina surrexit, atque irato vultu magnis clamoribus impera-
vit, dicens: Exi ab eo, miser, exi ab eo, miser. Ad cuius vocem
mox per os vexati diaboli respondit, dicens: Erit de isto exeo,
in quem intrabo: Casu autem iuxta porcum parvulus palcebat.
Tunc sanctimonialis femina praecipit, dicens: Exi ab eo, & in
hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exivit, por-
cum, quem iustus fuerat, invasit, occidit, & recessit.

FILII. LIBERI.

BENE EDUCATI.

Quum mulier quaedam Ionica de rexto quodam suo, ut pre-
tioso, glorietur: Lacena offensis quatuor filiis, quos ha-
bebat moribus compositissimis: Hujusmodi, inquit, decet esse
honestae probaeque mulieris opera, deque his gloriari. *Plut.
in Apoph. Lacenaensis.*
Maxima ornamenta esse matronis liberos, apud Pompo-
niam Rufum Collectorum libro sic invenimus. Cornelia Grae-
chorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita, or-
namenta sua pulcherrima seculi illius ei ostenderet, traxit eam
sermone, quoniam est schola reddere illi: Er haec (inquit) or-
namenta mea sunt. *Valer. Max. lib. 4. c. 4.*

CLARI. PUTA
Pietate, Sanctitate.

BASILIS Helenopolitanus ex Ponto, quinque fastulit ex Eu-
mele liberis, & ex iis Gregorium Nyssenum, Basilium Ma-
gnum Caesariensem, & Petrum Sebastae Episcopos, in Chri-
sti Ecclesia adhaerens invictissimos. *Nazianz. de his.*
TECELINUS Burgundus ex uxore Aethae calissima septem
suscepit liberos, sex mares, omnes monachos futuros, inter
eos tertium D. Bernardum, & sanctimonialem unam. *Gu-
lielm. Abbas in vita D. Bernardi.*
LUDOVICUS Philippus Augusti F. Francorum rex, triennio re-
gnavit, nullo suo cognomine nobilitatus, filii sanctitate cele-
bratus, quod divi Ludovici pater fuerit. *Emilius lib. 7.
Fortitudine bellica.*

ISAI Bethlehemitus octo filios habuit robore & forma insi-
gnes, quorum natu minimus David a Samuele in regem fuit
electus. *1. Reg. 16.*
MATATHIAS sacerdos, qui solus se Antiocho Epiphani op-
positus, filios quinque habuit fortissimos; & moriens praece-
pit, uti Simonis majoris natu confilia, Jude vero Machab.
qui tertius erat ordine, fortitudinem sequeretur. *Vide Tit.
Duces fortes.*
Pyrrhi Epitaurorum regis filii bello praestantes fuerunt. *Plut. in
Pyrrho.*

NICOLAUS Vitellius Tifernatum princeps, bellica laude cla-
rissimus filios reliquit aequae omnes in primis suae aetatis mi-
lita claros: Joannem, qui in Auximi Piceni urbis expugna-
tione tormento ictus perit: Camillum, qui ad Circulum Apu-
liae oppidum murum subiens lapidis ictu interfecit est, cujus
inventum fuisse dicitur, ut milites ex equo in hostem minori-
bus tormentis urentur; quod institutum arati equites Ger-
manorum vulgo dicitur sequuntur: Paulum Florentini post res
maximas bello Pisano gestas proditiis insulam capite
mularunt: Vitellium Caesar Borgia duci Senogalliae cir-
cumentum interfecit, qui non Italiae principibus modo, sed
externis etiam regibus formidabilis erat, ut quam fe eumque
in partem versisset, pernicem secum, aut salutem allaturus
videretur. *Brutus lib. 5. hist. Florent.
Dignitate.*

CÆCILII METELLUS Macedonicus, senex a liberis quatuor
elatus est consularibus. Q. Balericus, L. Diadematus, M. Me-
tello, C. Caprario. *Plut. lib. 17. c. 21. A. L.*
SARAE Columbio, facile principii Romanae civitatis, aucto-
ritate, opibus, sobolis praestantia, quod fuerit filii in supremo
Cardinalium ordine collocati; quod vix duobus aliis datum
facile reperias. *Sab. lib. 7. c. 8.
Fama nominis.*

CADMIUS ex Harmonia uxore filias habuit fama celeberrimas;
Semeele ex Jove Bacchum peperit; Ino in marinas deas
relata est. *Pausanias in Boticis.*
LYCAON secundus Arcadem rex, filios mares habuit xxvi.
eosque omnes clarissimum urbium fundatores, filiam uni-
cam Callisto, quae a Jove vitata, Arcadem peperit. Natu mi-
nimus Idoribus classe in Italiam transfugit, & primam coloni-
am eam a Graecia duxit. Ab eo Italia ipsa Oenotriae nomen
obtinuit. *Pausan. in Arcadicis.*

JOSEPHUS Judaeorum princeps, ex una uxore septem filios
procreavit: ex Solymit vero fratris per imprudentium consu-
prata, & tandem in uxorem ducta, Hircanum II. virum cla-
rissimum. *Josephus lib. 12. c. 4.*

CONIUGII.

PELOS, non pecunie magis vi, quam liberorum, plurimum
inter alios Peloponnesios ponit reges, quod multas filias
summis viris collocasset, & filios, quos habuit multos, princi-
pes inseruisset civitatibus: ex quibus unus Pitheus, Treze-
niorum rex, Thelae avus. *Plut. in Theso.*
Fuerunt Atlantii filiae septem, a matris nomine Atlantides vo-
catae, quarumvis cuiuslibet proprium nomen esset: Maja, Electra,
Taygete, Athrepe, Nerope, Alcione, Celeno. Has tradunt tum
ab herobis, tum a diis cognitas: & deo propter virtutem, &
eos, quos heros dixerunt, veluti principes generis hominum,
peperisse. Veluti prior atque Maja, ex Jove Mercurium genuit,
multarum rerum apud homines reperorum: eodem modo &
reliquis Atlantides singulae filios ediderunt praestanti virtute;
quorum hi quidem gentium, alii urbium conditores extiterunt.
Itaque non solum Barbari quidam, sed etiam Graecorum plu-
rimi, priscorum heroum genus ad istas referunt. Quas cum
prudenter fuisse constat, tum post obitum honores deorum
L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.

immortalium adeptas, Plejadum appellationem accepit. E-
Nymphae quoque dictae sunt, quantum communi verbo mulie-
res omnes Nymphas incolae appellatur. *Diod. lib. 2. c. 5.*

M. ANTONIUS Triumvir Ioholem ex tribus uxoriis septem
liberos reliquit. Ex his stirpis maximus Antyllus, a Caesare Au-
gusto est interfecit. Reliquos accepit Octavia, quos cum suis
educit. Ex Cleopatra susceptam Cleopatram Ispidissimo regi
Juba collocavit. Antonium ex Fulvia in tantum evertit, ut
cum primum locum apud Caesarem Agrippae, Liviae filii se-
cundum tenerent, tertius esset & numeraretur Antonius. Ex
Marcello illa filias duas, unicum filium Marcellum habebat.
Hunc simul adoptavit, & generum fecit Caesar. Alteram fili-
am Octavia Agrippae nuptii dedit. Cum Marcellus brevis
post has nuptias interisset, neque Caesari generum, cui fide-
ret, ex ceteris amicis promptum esset diligere: sermonem Octa-
via movit Caesari, ut Agrippae ipsius filiam, dimissa duceret sua
Inducto Caesare primo, inde Agrippae, receptam tum Antonio
nuptii dedit, Caesaris filiam duxit Agrippa. Duarum quoque supe-
rerant, Antonii & Octaviae filiarum, alteram in matrimonio
habuit Domitius Aenobarba, alteram castitate & forma cele-
brem Antoniam Drusus Liviae filius, privignus Caesaris. Ex
his procreati Germanicus & Claudius, quorum Claudius post
imperavit. Ex Germanici liberis Cajus, cujus nobilitas infamia
nec diuturnum fuit imperium, cum filia & uxore eff intercep-
tus. Agrippina, quae filium ex Aenobarba L. Domitium ha-
bebat, nuptis Cladio Caesari. Hic adoptavit Domitium, quem
Neronem Germanicum dixit, qui postea vicedia & amentia
penè Romanum evertit imperium, ab Antonio in succel-
sione numero v. *Plut. in Antonio.*

RAYMUNDI Comitis Provinciae Phoenicis quatuor filiae
quatuor summis regibus Christiani orbis nuptae fuerunt. Nam
pace inter Henricum III. Angliae, & D. Ludovicum Franco-
rum reges facta, utramque regiam sibi affinitate junxit. An-
tonio filias habebat: Margaritam Franco regi, Leonoram An-
glo, Santiam Ricardo Angli fratri, Caesari postea electo,
collocavit. Beatricem minimam stirpis Carolus Francorum re-
gis frater duxit, rex Siciliae postea factus. *Emil. lib. 3. & Cusp.
A. D.*

Regina, filia Mastini Scaligeri ex Thadea Carrariensi, nup-
sit Barnabo Vicecomiti Mediolanensi principi, & ex eo susce-
pit 4. mares, & 12. filias. Quarum prima nuptis Petro Cypri
regi, secunda Ludovico primogenito regis Galliae, tertio Ba-
variae duci, quarta Austriae duci, quinta Galeacio Vicecomiti, G-
suxta Leopoldo Austriae, avo Friderici III. Imp. septima Ba-
variae duci, octava Friderico regi Siciliae, nona Friderico Gra-
zage, decima Ernesto duci Monachi, undecima Federico fra-
tri ejus juniore, duodecima Dimundo Cantiae comiti, primo-
genito regis Britanniae. Ex quarum generosa prole omnes fere
principes, qui nunc rerum potiuntur, prodierunt: utregina
ista veluti Cybele quaedam fuerit, & nomen Matris deorum
meruerit. *Bern. Scardonus lib. 3. hist. Pat.*

Ortho, dux Brunsvicensis, quinque filias ita elocavit, ut pri-
mam Albertus Saxoniae dux, secundam Henricus ejus frater,
Comes de Anehold, tertiam Landgravius Hussiae, quartam
Venceslaus Rugiae princeps, quintam vero Vvillhelmus Roma-
norum rex, conjuges haberent. Unde late propagata est nobi-
litas domus Brunsvicensis. *Crantz. lib. 8. Saxon. c. 19.*

MAXIMILLIANUS I. Imp. ut Austriae domum illustraret,
Philippum ex Maria Burgunda susceptum, Joannem Ferdinan-
di Aragonum regis filiae conjunxit. Eo autem xxix. annis
anno mortuo, Carolum & Ferdinandum cum quatuor filia-
bus in suam tutelam suscepit, & Ferdinando Annam Ula-
dislai Hungarorum Regis filiam, Leonoram Emmanueli Por-
tugalliae Regi, Isabelam Christiano Daeciae regi, Mariam
Ludovico Hungariae Boemiaeque regi desponsavit; Cathari-
nam posthumam Joanni Friderico Saxoniae Duci. *Cusp.
A. D.*

VICTORII.

DIAGORAS, cum in Olympiis vidisset filios suos victores co-
ronari, atque ex filia filioque nepotes, eaque re multum lara-
retur, Lacedaemonius quidam dixisse fertur: Nunc, o Diagora,
pulchrum esset moriendi tempus. *Cic. lib. 1. Tuscul. q.*
Epaminonda parens uterque, filii Leuctrice victoriam su-
peravit, felix tum hac filii virtute, tum eo maxime, quod is
de victoria hac potissimum propter parentum laetitiam gloria-
retur. *Plut. in Epaminonda.*

SUPERSTITES.

MANUEL filius Calojoannis Palatologi, qui patri in imperio
succesit, nihil aliud praerati in suo imperio gessit, nisi quod
septem filios mares incolentes post se reliquit, qui etiam post
R. 4 patris

A patris interitum diu fuere superstites, quorum ultimus fuit Constantinus, sub quo captum fuit Byzantium à Turcis. *Cyprianus A. D.*

MORTUUS.

HIEL BETHLEHEMIS, quòd Hierichontem urbem à Josue Nun F. devotam post multos annos, devotionis vel contemptu vel ignorantia, rededisset, in fundamentis faciendis primogenium suum Abiram amiserit, in portis stabilendis Segulo liberorum novissimum. 3. Reg. 16.

L. PAULUS ÆMILIUS ex filiis, quos habebat, quatuor, duos ante in adoptionem alii dederat: duorum, quos in familia retinuerunt, alter diebus quinque ante triumphum ejus, annos natus quatuordecim, decessit; alter annorum duodecim post triumphum, totidem diebus. Tum in concionem progressus, populo vicem ejus dolente, & causam ejus lugente: Nunc de patria, inquit, securus sum & extra omnem alcam: quòd in domum meam effuderit fortuna rerum invidiam secundarum, quam pro omnibus ipse suscepi. *Plut. in Apoph.*

CAROLUS MAGNUS Imp. an. 810. filium Pipinum Italiæ regem, virtutis magnitudine, si diutius vixisset, patriam avitanque gloriam facile adæquaturum, amisit. Anno post etiam Carolum F. natu maximum. *Sign. lib. 4. regni Ital.*

* FILII IMPII IN PARENTES.

EXEMPLA EX S. SCRIPTURA.

HIS in exemplum Absalon esto, qui postquam patri suo Davidi rebellis domi bellicæ fuisset: cùmque folio regieque urbe expulsum, etiam toto regni corpore, eum ad mortem persequeretur, & in fugam actus, mulo, cui infederat, perstringente, & in densa quercu penderet imbellis, à Joab tribus lanceis perfolvis interit, lapidibusque in tumuli speciem congestis obrutus, omnibus sui similibus protervis filiis de se exemplum meritæ castigationis reliquit. 2. Reg. 18.

HISTORICA.

Super hoc quiddam valde memorabile contigit, quod subjungo. In Normanniæ partibus vir admodum dives erat, sed ignobilis. Hic filium habebat unicum & dilectum, quem delicate educaverat ad robur viri. Convenit ergo patrem miles quidam nobilis cum amicis, dicens: Filia est nobis decora nimis & prudens, per quam, si tibi placuerit, posteritas tua exaltari poterit, & juvari. Hanc filio tuo dabimus in uxorem, hoc tamen modo, ut cedas possessionibus universis, & filius tibi, & matri, quamdiu advixerit, abundantissimè providebit. Casus enim diversi sunt, in quibus filius tuus possit, te in possessione manente, hereditate frustrari. Hoc patre audiente, & hærente sub dubio, ab amicis tandem compulsus est, etsi mente pavida, cedere cunctis bonis. Peractis ergo nuptiis, filius, & uxor ejus, anno quidem primo honoravit parentes, victum copiosius ministravit, sed secundo minus, & tertio inverecundius, quam decebat. Quarto autem, suggerente uxore, filius parentibus suis domunculam parvam in supposito domus suæ constituit, ut minus esset indecentia senum juvenibus onerosa, ibique eis secretis insufflanti necessaria ministrarent. Pertulit ergo senex pater ibidem cum uxore decrepita non modicam egestatem, & vix interdum domum filii audebat intrare; sed per clientulum mandabat ea, quibus carere non poterat. Una autem dierum accidit, ut mater ex opposito domus suæ viâ aucta infixa veru in domo filii, diceret viro suo: Me foemina magis decet paucis esse contentam, tu autem vadas ad domum filii, ut saltem semel esurientem animam saties de aucta; quam ibidem vidi esui præparatam. Hoc audito, senex innoxius baculo properabat ad domum filii, sed mox ut eum filius vidit, auctam retraxit ab igne, & clam abscondit, statimque patri obvius, quid quaereret, inquisivit. Et mox factum pater notans dissimulavit, & rediit ad domum suam. Filius igitur puellæ præcipit, ut mox auctam reponat ad ignem. Nec mora, ubi puella in thalamo auctam vidit, busonem maximam auctæ pectore hærentem invenit. Ea ergo clamante, accurrit junior dominus, nilique busonem excutere, ut violenter institit, buso ab aucta resiliens, faciem adeo conantis invasit, ut nulla arte vel consilio deponi posset, aut excuti: sed sic multis annis hominis nequitiam inhaerendo punivit. Et erat illud supremi stuporis miraculum, ut si quando monstrum illius pars aliqua tangebatur, ac si in corde percuteretur, ita homo sensibilibus lædebat. Conteritur igitur mirabiliter & contritus, adiit diacephalum Episcopum, & cum omni dolore confessus, pro penitentia recepit ab illo, ut per omnes fines Normanniæ, & Galliz civitates, revelata facie circu-

ret, & ubique narraret populis eventum rei; ut per hoc, E exemplum miserent filii honorare parentes, & discerent, quam periculosum sit & nocivum, vicem non rependere laboribus, quos ipsi parentes filiis impenderunt. Hunc ergo hominem cum busonis monstro circumventum, ut diximus, frater Joannes de Magno Ponte, Ordinis Prædicatorum, sic per ipsum nobis relatum est, vidit in juvenute Parisiis, palam referentem omnibus & monstrantem, quod pro inhonoratione parentum passus fuerat multis annis, & adhuc secundum Dei voluntatem pateretur. Hunc postea, sed non per dictum fratrem Joannem, audivimus Sanctorum quorundam precibus liberatum, & disparuisse subito secundum monstrum. Hujus igitur exemplo discant fideles filii honorare & adjuvare parentes, & eis vicem amotis retribuere & laboris. *Thom. Cantiprat. lib. 2. Apum. cap. 7. p. 4. Simile est in Casario c. 22. lib. 6.*

CAROLUS Junior cognomento Crassus, Ludovici Gallorum Regis filius, à demonio graviter in præsentia patris & optimatum ejus vexatur, & ipsa vexatione conficitur, hoc filii idèd contigisse, quia contra patrem suum conspirationem facere moliebatur. *Sigeverthi Chron. an. 873. Mart. Polon. in Chron. F. ann. 872.*

EBRUINO interfecto, Franci, accepto consilio, Vvaradonem illustrem virum loco ejus in honorem Majoris domus constituerunt. Idcirco præfatus Vvarado obides à Pipino Duce accipiens, pacem invicem impetravit. Erat id temporis memorato Vvaradoni filius valde efficax atque industrius, eruditus in consilio, qui vice patris curam palatii gerebat, nomine Chysemarus, qui ob nimiam calliditatem, ac sagacitatem, patrem ab honore proprio supplantavit, quem sanctus Abdoius Episcopus sepius ob hoc increpabat, ut ad pacem vel patris indulgentiam remearet: qui audire renuit, & in cordis duritia permanit. Fuerunt igitur inter Pipinum & præfatum Ghyslemarum discordiæ multæ & bella civilia plurima: nam ad castrum Manucum contra hostem Pipini Ducis Ghyslemarus consurgens, fraudulenter fallo juramento dato, quam plurimos eorum nobiles viros occidit. Inde verò reversus ob supplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, à Deo percussus prædictus Ghyslemarus, ut dignus erat, iniquissimum fundit spiritum, illoque mortuo, pater ejus Vvarado honorem pristinum Majoris domus recepit. *Ex append. ad hist. Franc. Divi Greg. Turon. c. 98.*

CLOTHARIUS Francorum Rex contra Chramnum frendens, cum exercitu adversus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egedi timuit: cùmque in uno campo globatus uterque revideret exercitus, & Chramnus contra patrem aciem instruxisset, incumbente nocte, à bello cessavit. Ea quoque nocte Coonober Comes Britannorum dicit ad Chramnum: Injustum censo te contra patrem tuum debere egedi: per mitte me hac nocte, ut irruam super eum, ipsumque cum toto exercitu profectum. Quod Chramnus (ut credo) virtute Dei præventus, fieri non permisit. Manè autem factò, uterque commoto exercitu ad bellum contra se properant: Ibatque Clotharius Rex tanquam novus David contra Absalonem filium pugnatum, plangens, atque dicens: Respice Domine de celo, & judica causam meam, quia injustè à filio injuriam patior. Respice, & judica justè, illudque impone judicium, quod quondam inter Absalonem & patrem ejus David posuisti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum Comes terga vertit, ibique & cecidit. Denique Chramnus fugam iniiit, naves in mari paratas habens: sed dum uxorem & filias suas liberare voluit, ab exercitu patris oppressus, captus atque ligatus est. Quod cum Clothario Regi nunciatum esset, justit eum cum uxore & filiabus igne consumi, inclusisque in tugurio cuiusdam pauperculæ Chramnus super scammum extensus, oratio singularis est, & sic postea super eos incensa casula, cum uxore & filiabus interit.] Cum eo illas par pena conjunxit, quas ad rebellandum contra patrem habuit impellentes: ignemque patridem meruerunt, quorum occasione incensa fuerat Turoni Basilica S. Martini. *Greg. Tur. lib. 4. hist. Franc. c. 20. apud Baron. tom. 7. an. 564. 30.*

Non prætermittendum hoc loco, quod scribit *Alexander ab Alexandro*: Res admiratione digna est, inquit, quam recenti admiratione compemimus Romæ. Quippe notares est: cum apud Gabios quidam infamæ sortis & obcuris natalibus adulescens, vesanus & furiosus (cujus pravi mores & vita facinorosa fuerat) in parentem gravibus jurgis ferrent, post jurgia immodica, cum furis agitatus, advocato demone, cui se de-

Alevoraverat homo ille improbus, & impurus, sorore cæcus & amens, diræfisset, & Romam petere cepisset, eo consilio, ut aliquid dircum facinus in patrem moliretur; dum iter faceret, dæmonem facie hominis truculentam, sordida barba & capillo, vestemque obsoleta & squalida, obviam habuisse: quòd cum simul pergerent, illum interrogasse juvenem (quem animum anxio & sollicito videbat) quid tam tristis incederet? atque ille, cùm quid jurgi cum patre fuisset, quòdque aliquid celestis facinoris patrare caperet, respondisset; Dæmonem illum se quoque simili casu percitum fuisse dicere: proinde pergerent, & injurias suas ultum irent. Cumque, nocte appetente ad urbem applicuissent, in proximo hospitio divertisse, atque in cubiculum, quod à capone turique exhibitum fuit, hand multò post cubitum ivisse. Cumque una cubarent, pestem illam immanem, cùm illum somno oppressum videret, insectis manibus jugulum hominis apprehendisse, ut elisus faucibus necaret: quem jam oppressisset, ni expergefactus ille, Dei opem & auxilium advocasset: quo audito, furiam illam teterimam stridore & tumultu maximo, tantoque impetu cubiculum, unde evasit, dicitur perlegisse, utigna & tectum everterit, B regulaque penitus perferigere. *Alexand. ab Alexandro lib. 2. dæmoniacis cap. 30.*

Ad eandem rem facit illud, quod in vita S. Parthenii refert Metaphrastes: ad hunc enim cum parentes filium suum nomine Niconem, qui gravem demonis camificam patiebatur, adduxissent, instantibus rogantes, ut ejus misereretur juvenutis, & ab immundo spiritu liberaret, vir sanctus dixit eis: Non est dignus qui curetur: ad castigationem enim datus est fuit stimulus (spiritus, est enim particida: vos namque sapè ab eo habiti contemptum, in anime vestre amareto à Deo petistis, ut ipse castigaretur. Sinite eum sic esse: expedit enim. Illi verò, ut qui essent parentes, & vincerent viceribus, exclamaverunt, rogantes cum lacrymis: Precare Deum pro ipso, ut liberetur à sevo & immani demone. Beatus autem Parthenius miserus abundè profuentium lacrymarum parentum, intensè Deum precatus est pro ipso, & proinis egressus fuit ab ipso demon, & mundatus fuit homo. Tunc parentes ejus eum sanum acceperunt, & domum redierunt, Deum laudantes atque glorificantes. *Simon Metaph. in vita S. Parthenii Episcop. apud C. Surium 7. Febr.*

Quid execrabilius hic adici potest, quam illud, quod narrat divus Augustinus? [Corripitur ab Episcopo suo Juvenis, crebris cædibus matris infans, & impiis manus nec illis diebus, cùm etiam severitas legum celeratissimè parit, à viceribus, unde natus est, revocans. Minatur eidem matri, se in partem Donati transiurum; & eam, quam incredibili furore solet cadere, preterpntur. Minatur ei: tranfit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in maternum sanguinem fremens albis vestibus candidatur. Constituitur intra cancellos emnens atque conspicuus, & omnium gementium oculis matricidii mediator, tanquam renovans opponitur. Hæc tunc tibi placeat, vir gravissimè? Nequaquam hoc de te crediderim:] & paulò post: Quid aliud expectamus, vir honorabilis Eusebii, nisi in miseram mulierem, senectute decrepitam, viduitate destitutam, à cujus cædibus in Catholica prohibebatur, jam Donatista securus armetur? &c. *D. August. epist. 168. tom. 2.*

Mulier quædam pagana, generis & opum exifimatione valde clara in civitate Florentina, mortuo viro, duos superstites D habebat filios, quos delicatissimè enutrierat; & cum ad perfectam illi jam pervenisset ætatem, quodam die in tram vestri matrem propriam pluribus verberibus enormiter flagellarunt. Quod scelus ipsa impatiens abhorrens, corpora illorum horrendis imprecationibus detestata fuit, genibusque procumbens & terram manibus pulsans, Erynnem cæteraque infernas pestes in tabiem filiorum magno cum gemitu invocavit. Exaudiunt demones ab imis tenebris, juvenes congregantur, illos in fitras exagitant. Qui statim, ut abidi canes, mordaciter adinvicem sua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens. Alii funes, alii catenas ferunt. Ligantur juvenes, nec rabie contineri valent. Jam tætere pietate commovetur in filios, jam facti poeniter, & tante calamitatis eventum deslet: plangit, nec quid inde agat, cogitare valebat. Interim occurrit memoria, quæ de Zenobio audierat & accepto consilio, speque pro filius recuperanda salutis, licet pagana sit, tamen credula, ad Zenobium filios adduci procurat, precibus & lacrymis fideliter orat. Ille infelicem juvenem captivitatem miseratus, pièque commovus, ait ad mulierem: Constante age mulier, & crede, quòd Dominus noster Jesus, qui illos modò post

orationem meam sanitates restituet, verus est Dei filius, & omnium creator & Dominus. Et statim in basilica Salvatoris, ubi aderant, coram vexillo Crucis se proferrens componit: ubi cùm duabus horis in oratione jacuisset, hoc est, à prima diei hora, qua illi advenierant, usque in horam tertiam, surrexit ab oratione, & juvenes signo Crucis benedicens, demones ab illis protorsit effugavit, ut in eo completeretur, quod scriptum est: *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertar, donec desiciant. Affligam illos, nec poterunt stare: cadent sub pedibus meis: quia præcinxisti me virtute ad bellum.* Illi verò sanctissimi effecti, unà cum matre, & omni familia, constituto corpore, baptismi gratiam receperunt: qui usque ad Simpliciani tempora, ipso attestante, in fervore fidei magna fiantate durarunt. *Joan. Archipresby. Aretin. in vita S. Zenon. apud Sur. 25. Maji.*

An. Dom. 1358. mense Aprili, feriis divi Gregorii martyris, Guillelmus Bavarus Comes Hannoniæ & Hollandiæ, phrenesin & amentiam incurrit, ita ut claudi ac servari per totam reliquam vitam debere; in eor, siam perseveravit per annos triginta ad ultimum usque vitæ diem. Ultio divinum fuisse putatur, propterea quòd tam asper, durus ac rebellis fuisset matri F suæ Margaritæ Augustæ. Magnum exemplum pro reverentia observantiaque parentum. *Jacob. Meyer. lib. 13. Annal. Fland. an. 1358.*

ALFONSUS IV. Hispan. Rex filiam suam bastardam, nomine Therasiam, dedit uxorem nobili Henrico Comiti Lotharingiæ, consanguineo Imperatoris, qui de partibus Galliarum venerat. Moens est ad id Alfonso, quia illum strenuè pugnantem contra Mahumetanos confexerat: is enim erat belli peritissimus: deditque ei in dotem partem Galliciz, quæ nunc Portugallia dicitur. Comes igitur patriam illam possedit cum solita recognitione Regi Hispaniæ debita. Genuit autem Comes ex ea filium, Alfonso Henriquez nomine, quem Rex Castellæ primò Duem Portugalliæ creavit. Deinde aliquibus præliis habitis cum Saracenis, & rebus prosperè gestis, volente Rege Castellæ regium titulum assumpsit. Hoc autem Comite Henrico vita sancto, Therasia ejus uxor nupsit cuidam Fernando Comiti; quæ res multum displicuit Alfonso ejus filio. Quarè orta est inter eos implacabilis discordia, graviusque bella conferta sunt, usque adeo, ut in quodam campstri prælio Alfonso victor evaserit contra Fernandum vitricum, & matremque suam Therasiam captivavit, & in vincula truxit. Therasia itaque conquesta est Romano Pontifici, qui per Episcopum Colimbriensem monuit Alfonso, ut matrem liberaret, aliàs illum excommunicaret. Ille verò renuit: quem Episcopus anathemati dedit, regnumque interdixit, & Romam aufugit. Demum prædictus Rom. Pontifex Cardinalem misit Legatum, sed non profuit: quinimò cùm Alfonso iterum excommunicasset, ille in reprobam sententiam datus, Legatum fugientem persequitur, & capit. Mater igitur videns differi relaxationem suam, maledixit filio suo, dicens: Quia crura mea vinculis alligasti, & mihi abstulisti honorem à patre relictum, Deum precor, ut ab hostibus captivus, ut ego sum; demum crura tua fracta conspicias, sicut mea ferro vinxisti: quod paulò post expletum est. Cùm enim bellum apud Pacensem civitatem cum Fernando Rege Legionis Alfonso conferret, exiens per portam civitatis ad prælium jam cœptum, tibia vectis ferro involuta est pariter & rupta: ille verò in bello victus & captus est. Itaque eadem inobedientia ad mandata Apostolica, simul & maledictio materna eum comprehenderunt. Scriptum est enim: *Filius stultus despiciit matrem suam.* Et iterum Sapiens ait: *Maledictus à Deo, qui exasperat matrem suam.* Et natus: *Maledictio matris eradicat fundamenta.* *Rodericus Saneius hist. Hisp. in part. 1. c. 14.*

LIBERORUM DEFECTUS. LIBERI VEL PAUCI, VEL NULLI SUSCEPTI.

Sin autem species, exempla suppediabit locus Sterilitatis: Illic Genitricis impotentia habetur ratio, hic Orbitatis. Sin Consilium, ex Tit. Castitatis conjugalis quædam huc perveniunt.

HEBRÆI sterilitatem olim pro certissimo divine iræ argumento abominabantur, quandoquidem benedictionum, quæ Abraham facta est, contraria erat. Idem mores filiorum, non minus quam sterilitatem, divine iræ indicium esse arbitrabantur, quoniam generis successio (quam Abraham Deus summa benedictionis loco promiserat) hac ratione impeditur, Ejus rei causa frater defuncti fratris uxorem ducere, & semen fratri suo excitare, lege jubebatur.

CLEOMENES Anaxandridæ F. Spartæ non diu imperavit, ac sine

A superstitionibus, in Christum pro maxima parte credidit, & abluta salutari baptismatis unda, in religionem Christianam transiit. Ferunt autem de huius generis Rege, quod tanta perfectione post perceptam baptismi gratiam vivere cepit, ut diebus ornamenti regis indutus, coram populo procederet; noctibus vero sacro vestitu latenter Ecclesiam intrans, super pavementum ipsius Basilicæ, substrato tantum sibi cilicio, prostratus in oratione jaceret. Non post multum tempus divina inspiratione commotus, regnum terrenum dimisit, ut in caelis æternaliter regnaret cum Christo. Et ordinavit in suum locum Regem filium suum majorem natu, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conversionis suscepto, monachus effectus est, elemosinis, vigiliis & orationibus diu noctuque intentus. Interea filius ejus, quem Regem constituerat, longè à paterna intentione & operatione recedens, prædas cepit exercere, ebrietatibus, comestationibus, & libidinibus vacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum revocare. Quod cum pater audisset, nimio zelo accensus, sacrum habitum deposuit, & militiæ cingulum resumpsit, & cultura regio indutus, adlocatis sibi Deum timentibus, filium B persequens est; quem mox absque difficultate cepit, oculoque ejus effodit, & in carcerem misit; deinde convocato omni regno suo, filium juniorem Regem constituit, interminatus contra omnibus familia fore passurum, si in aliquo à recta Christianitate deviare. His ita paratis, deposito cingulo, & resumpto sanctæ religionis habitu, in monasterium ingressus, in sancta conversatione reliquam vitam præsentis tempus duxit. *Regin. lib. 6. Mart. Polon. lib. 4. Chron.*

Anno Dom. Incarn. 870. Carolomanus, cum adhuc esset puerulus, justo patris antonius clericus, eveditque deinde procedente tempore ad Diaconatus officium, quamvis in virtus atque coactus, in præsentia genitoris ordinatus est, legitime publice Evangelium, & Pontifici missam celebranti juxta morem ministravit. Post hæc in Apostasia recedens ab Ecclesiastica religione, abiciens ac spernens negligenter gratiam, quæ ei data erat per impositionem manus, alter Julianus efficitur, collecta quæ prædomum non modica turba, Ecclesiam Dei cepit devassare, ea quæ pacis sunt impugnare, cuncta diripere, & mala inaudita perpetrare, pro quibus cum crebro à patre correptus fuisset, nec tamen ullatenus à cepta pravitate cessaret, novissimè ex precepto patris ei oculi eruuntur, justo Dei judicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quæ Christus est, à suo pectore effugaverat, in tenebras exteriores missus, qui interioribus suis sponte se tradiderat. Orbatulque Ludovicum avunculum suum adiit, miseriamque & calamitatum suarum arumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille, miseratione motus, Abstermatum monasterium sancti Vvilibordii ei ad subsidium vite præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est & sepultus. *Regin. lib. 2. Chron. an. 870.*

Nostra ætate, ait S. Bernardus com. 2. Dominica 2. Quær. ferm. 17. & G. Baldean. lib. 3. sim. adolefc. cap. 16. in Hispania citerioris oppido, cui nomen Sui, non ita procul Valentia, adolescens fuit, qui per parentum inobedientiam eò devenerat, ut anno octavo decimo propter latrocinia, & publica facinora in vincula conjectus, & suspendio damnatus sit. Erat etiam tum proflus imberbis: pendenti verò jam, atque exanimi, subito prorumpit barba, spectante populo, comæ capitis planè canescunt, ut ætatem referret hominis no-nagenarii. Miraculo rei accitus cum populo & toto clero occurrit Episcopus: omnes in genua prostrati expectant, dum D ostendat Deus, quid sibi monstrum hoc velit. Atque ecce tibi, Episcopus editiorem capiens tumulum, ad omnes ait, voluisse Deum ostendere, quantum de vita eis detrahat, qui de parentum obedientia detraxerunt: victurum etiam hunc juvenem fuisse ad eam ætatem, quæ jam apparebat in facie, nisi ipsi septuaginta annos parentum inobedientia detraaxisset.

Alium quempiam, inquit Thomas Brabantinus, in partibus Gallie, sub Philippo Rege, nostris temporibus, viro religioso referente, fuisse cognovimus. Hic ab ineunte ætate pervicacissima vitæ, ut illud quod de Ismael scriptum est: *Manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum*, in eo ita videretur impletum, ut nec parentes proprios quiescere sustineret, sed ad amarissimum vitam finem perduceret. Post quos & ipse miserabiliter infirmatus, & in agone mortis positus, sumptis Ecclesiasticis sacramentis, subito inter manus assistentium clamans horribiliter, exiivit dicens: Surgite omnes, arma accipite, jurate me contra proprium patrem, quia omnium inimicorum meorum ductor factus est, & me conatur occidere. Et hoc dicens, quasi contra in-

gradientem multitudinem ad ostium ire conabatur. Nec mox ra, cadens, evectis terribilibus oculis, clamavit expirans: Heu me, pater meus modo validissimo lapide frontem meam percutendo contrivit. Hi autem qui assistebant, neminem quidem videbant; sed quasi turbas se committentium, & ingreditur audiebant. Vide ergo, qui nec patrem proprium propitium habere potuit, quantis divinæ vindictæ animadversionibus dignus sit. Non tamen absolute cum, qui apparuit, filius patrem dixerim: Sed quemcumque forte ex spiritibus, si-ve bonis, si-ve malis, cum dictum sit: *Armaris creaturam ad ultionem inimicorum contra infatos*. Thom. Brabant. lib. 2. Apom. cap. 14. p. 7.

CATHARINA Suedica, dum cum matre Romæ esset, iusta est aliquando ob impiorum nequicias domi manere, tantisper dum mater ad stationes & indulgentias abiret. Interim adest Sathan, & acerbas in ejus animum cepit cogitationes immittere, tanquam aliis suarum animarum lucra captantibus, ipsa instar bruti animantis ab omnibus spiritalibus bonis arceretur. Addebant his, ejus cognatos, fratres & sorores in patria cum summa tranquillitate fervere Deo, ipsam vero miseram ducere vitam: præstare igitur, ne in subinde editam fuisse, quam id genus inermem vitam ducere. Erat hæc in animo sanctæ virginis tentatio vehementis, adeoque eam crebro & perturbatione opplevat, ut matre illius revertente, & serio præcipiente, ut tanti mortis causam ediceret, simpliciter responderet, se loqui non posse. Et certè jam planè instat mortuæ facies ejus expalluerat, oculi transverberati erant: in tantum molestant erant demon id genus importunissimis ingerendis cogitationibus. Porò nocte proxima in somnis visa est sibi videre totum mundum quasi inflammatum, seque in medio ignis positam in parva quadam plantæ, planctus deperantem ab illis se posse flammis eripi: tum vero apparentem ipsi beatissimam Mariam Virginem, quam his verbis deprecatur: Adjuva me, charissima Domina mea. Illam verò respondentem: Et qua te possum ratione juvare, que tanto patriæ teneris desiderio, oblita sponsonibus tuæ, & neque Deo, neque mihi, neque matri tuæ, neque patri spiritalibus obediens? Se vero offerentem ad omnia exequenda, que jubere Deo mater, atque tum demum Dei genericum dicentem: Obedias igitur matri tuæ, & patri spiritali. Expergefacta inde Catharina, matrem cum omni humilitate celeriter adiit, veniam suæ inconstantiæ petit, promittitque se deinceps ad mortem usque libenter in exilio cum ipsa permanuram. In *ejus vita apud Syr. 22. Mart. cap. 6.*

Memorabilis est lex Platonis quæ habetur lib. 11. de legibus, super obedientia, cultu & veneratione filiorum erga parentes: quam totam, quia memorabilis est, duximus adscribendam.

Si quis minus quam decet, parentes colat, neque magis eos quam filius nepotem, & seipsum etiam diligat, ut omnibus obsequiorum officiorumque generibus illis obtemperet, illorumque voluntatibus & mandatis obsecundet: pater qui negligit, vel ipse, vel per alium, ad tres de legum custodiam collegio rem deserat, & ad tres quoque de matrimoniorum curatoribus eximios. Illis verò hoc scelus esto curæ, & bene explorata, in liberos injustè agentes animadvertunt. Si juvenes adhuc fuerint, plagis & vinculis ad xxx. usque annum, si masculi fuerint: Sin femina, ad xl. usque annum iisdem suppliciiis coercentur. Si autem eam ætatem excesserint, neque desinant parentes negligere, imò etiam acerbe cum illis agant: tum ad magna civium omnium comitia pertabantur, & ex omni cætu seniores de re questionem habent, damnatum senatus hujusmodi pœnis plebæto, quantas potest maximas, & acerbissimas quoscumque mortalium perferat. Quod si senex pater filiorum acerbitate prædipit, rem deserere non possit, quilibet ingenuus, si rem audierit, etiam ipse deserere non Magistratus teneat: si faxit, improbus habetur, & culibet fas esto, cum ignominia accusare. Si servus rem indicat, liber esto; & si vel in urbisliber fuerit potestatis, parentum illorum vel filiorum, id est eorum qui vel male habent, vel male habentur, à magistratu, nullo perfoluto pretio, liberantur: Si quisque alienus civis, civitas servit pretium domitorum esto, & servum jubeto liberum esse; curæ vero magistratui esto, ne ei qui rem denulerit, indicatio fraudi fiet.

Non absimilis est Lex Clotharii Regis, quæ habetur inter Leges Alemannicæ. xxxv.

DE FILIORUM INSTITUTIONE ET MORIBUS APOPTHEGMATA.

AGELIRUS, cum miro effectû erga liberos suos, dicitur aliquando arundine pro equo concensa, unâ cum pueris lulisse

A lulisse domi. Id ex amicis illius quodam vidente, rogavit, ne cui hoc quod viderat diceret, priusquam ipse quoque liberorum patris factus esset; seipsumque subindicans, cum lutum nequam levitatis, sed amoris fuisse. *Plut. in Lacon. Apoph.*

Quam Cambyses se cum patre Cyro conferret, amicis illum patre præstantiorum affirmantibus: Cræsus reliquit filium, nunquam patri æquandum, qui nunquam reliquit filium. Sentiens, & hoc esse non infimum erga Rem. meritum, si non solum ipse præstitisset egregium virum, sed aliquem tui similem gignas, educique patriæ. *Erasm. lib. 6. Apoph.*

CAESAR, quum Romæ videret peregrinos quosdam locuples, caudam ac simiarum catulos in gremio circumferentes, eosque habere in deliciis, percontatus est: Num apud illos femina parentem liberos? Sentiens, nullos catulos esse iucundiores infantibus. *Plut. in vita Periclis*, tameti non indicat, cujus Cæsaris hoc dictum sit, suspicor esse Augusti.

ANTONINUS Pius, biduo priusquam moreretur, admisis amicis, aperuit sententiam suam, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens: Se a quo animo mori, cum filium relinquere. *Capitolinus.*

THALES filios subinde admonerat, ut parentibus beneficerent, his verbis: Quale premium rependeris parentibus tuis, tale à liberis tuis expectato. *Laert. lib. 1.*

PITTACUS, filium admonens, ne cum Patre in judicio litigaret, his verbis usus est: Si de Patre iniquiora dixeris, damnaberis: si æquiora, vel ob istud damnari dignus es. *Stobæus ferm. 77.*

TELECRUS, cuidam nuntians, patrem de eo male loqui: Nisi, inquit, illi dixerim, quam committere, ut pater quicumque remere loqui videretur. Habes & pietatis simul, & modestie exemplum. *Plut. in Lacon. Idem*, percontans, quare mos esset apud Spartanos, ut juvenes adurgant senioribus: Ut, inquit, affuere honorem habere nulla propinquitate junctis, magis honorem parentes. Opima ratio consuevit ad debitum officium, si ultra quam debetur, doceam præstantum. Veluti si quis affuisset cum uxore verecunde castæque convivere, multo minus improbus erit apud alienas. *Plut. in Lacon.*

AGIDEM, ultimum Regem Laconum hujus nominis, cum rogasset parentes, ut sibi in re quamvis injustè adesset, recusatit iis aliquando. Verum cum instarent, hunc in modum respondit: Donec essent apud vos, nullam omnino tenebam justitiæ sententiam. Verum ubi in patriâ tradidistis, patriæque legibus, conabor huic magis obtemperare, quam vobis. *Plut. in Lacon. Apoph.*

DARIO totius regni viribus subinde impetum faciente, Scythæ paulatim cedentes, ad ultimas solitudines pervenerant: interrogati tandem ab eo, quem fugiendi finem essent facturi? responderunt, se nec agros, nec villas, nec urbes, pro quibus dimicarent, habere: Ceterum cum ad parentum suorum monumenta perventum esset, tum denique sciturum Darium, quomodo Scythæ forent præliari. *Erasm. 6. Apoph.*

ALEXANDER cum sibi multa de matre scripsisset Antipater: Ignorat, inquit, Antipater, matris unicam lactymam multarum calumiarum epitolas delecturam esse. *Plut.*

Demetrius Phalereus admonerat adolecentes, ut in solitudine seipos, in via obvios, & domi parentes diligenter revererent. *Laert. lib. 5. c. 5.*

EPAMINONDAS, ex omnibus, quæ prælatæ & honestè gestisset in vita, illud sibi dicebat esse jucundissimum, quod utroque parente vivo, Leværica pugna vicisset Lacedæmonios. Vir pius non tam sibi gratulatus est eam obtigisse gloriam, quam hanc voluptatem esse contigisse his, quibus vitam suam acceptam forebat. *Plut. in Apoph.*

Adolecentes quidam patris vita defuncti inimicum mox in jus vocavit, utique esse, quem Caro obviam comiter amplexus: Sic oportet, inquit, non agais hædive, sed e malorum lactymis ac damnationibus, parentum exequias celebrare. *Erasm. in Apoph.*

CORIOLANUS, cum merito iratus ingrato populo Romano, exitum urbi moliretur, nec à legatis, nec à sacerdotibus exorari posset: Veturia mater unâ cum uxore filii ac liberis in castra venit. In cujus complexum quum accurreret Coriolanus: Sine, inquit illa, prius sciam, utrum ad hostem, an ad filium venerim, & utrum captiva, an mater in castris tuis sim. Hæc aliaque quum dixisset, matrem complexus: Expugnasti, inquit, & vicisti iram meam. Patria, te, quamvis mihi merito inviam, hujus precibus dono. *Livius.*

Quum Antonini Getæ pater Severus definaisset omnes E diversarum partium occidere, inter suos dicere solitus est: Hostes vobis eripio, ad eò consentiente Bassiano, ut liberos etiam illorum suaderet necari. Getæ puer interrogavit, quantum esset occidendorum numerus? Eum quum pater edidisset, rogavit, num isti haberent parentes ac propinquos: quum responsum esset: Habere & quidem multos. Plures ergo, inquit, in civitate tristes futuri sunt, quam læti, quod vicimus. Valuisse cordatum pueri dictum, nisi quorundam crudelitas obstulisset. *Aelius Spartianus.*

ARISTIPPUS, incitante quodam, quod filium sic abjeceret, negligeretque, quasi ex ipso natus non esset: An non, inquit, & puerum & pediculos nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abjicimus? Sentit, eos non habendos pro filiis, qui nihil haberent alioqui, quo se parentum affectui commendaret, nisi quod ab ipsis progeniti sunt. Ita senex in comedia: Tantisper te volo meum, dum id, quod te dignum, facis. *Laert. lib. 2.*

Lacena quædam, filium qui profectus in militiam, in acie loco fugerat, non tantum ut ignavum & inobedientem abdicavit, sed occidit penitus. De qua hoc extat apud *Plutarch. P. in Lacenarum apoph. Epigram.*

Germani iners abbas ad tartara, teque perofus Evrotas, cervis nec det aquam iunidi: Ignavus Catulus, mala fors, hinc vade sub orcum. I Sparta indignus, quem nec ego peperit.

Damatia, cum filium haberet, qui in bello non strenuè gessisset, domum redeuntem non abdicavit tantum, sed occidit etiam, dicens: Nequaquam convenire, ut ex fortissimis parentibus natus filius, ignavus superes esset. *Plutarch. in Lacenarum Apoph.*

Quum Chii exules venissent Spartam, quamplurimi multis nominibus inculcabant Pædaretem. Eos mater Telemia ad se accersit, ex his ubi cognovisset, quæ filio obijceret, videturque filius in culpa esse, scripsit illi in hunc modum: Mater Pædareto: Aut melius vive, aut illic mane. Virago mortem minata est filio, nisi mores corrigeret suos. *Plut. in Apoph. Lacon.*

ALEXANDER reprehensus ab uxore, quod filium intantem abdicasset, diceretque ex eo esse; cum expulset in terram: Et hoc, inquit, ex me est, at non utile. *Stob. ferm. 23.*

AUGUSTUS Cæsar Juliam filiam ac neptem relegarat: deinde de Agrippam, prius adoptatam, post ob fordidum ac feroc ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem leobant exclamare verû Homericò:

*Αἴψ' ὄραλον ἀγνώστου ἀπὸν, ὅρα δὲ τ' ἀπὸν δὲ. Οὐτιναμ καλεῖς τὸν ἄριστον ὄραλον περὶ σέ. Nec aliter illos appellabat, quam tres vomicas, seu tria carcinomata sua. Suorum enim mortem levius ferebat, quam dedecora. Quin & testamentum cavet, ne si quid accidisset Julia filia & nepti, sepulchro suo inferrentur. *Erasm. lib. 4. Apoph. ex Suetonio in Augusto.**

TITUS, Non legiones, inquit, non classes, perinde sunt finitæ Imperii munimenta, quam numeri liberorum. Nam amici tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus imminuuntur, transferuntur, defunt: satus cuique sanguis indifferens, sed maxime principibus, quorum prosperis & alli fruuntur: adversa ad junctissimos pertinent. Ne fratribus quidem mansura concordia, ni pater exemplum præbeat. *Tacit. hist. lib. 4.*

SOLON interrogatus, cur nullas leges adversus eos, qui parentes verberassent, constituisset: Quod nullos, inquit, tales exituros existimabam. *Ant. in Melissia, part. 2. ser. 11. Max. ser. 25.*

DIODEGENES, ad eum qui patrem despiciebat: Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipsum, quod tibi places? Dicit gratia sita est in allatione contrariorum. Pugnant inter te, despectus esse, & sibi placere. *Laert. lib. 6.*

PLATO videns quendam erga patrem suum fastuosius agere: Non defines, inquit, adolecens illum contemnere, cujus gratia alium sapere vis? *Stob. ferm. 77. & Max. ferm. 33.*

Ἔσ' Filiorum successus in plerisque idem cum Parentibus, vide in hoc loco Parentes.

* Fimus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Fimus, stercus est animalium, quamvis omnia putrida hoc nomine appellentur, *Isid. 7.* Fimus est, qui per agros paritur: ita dictus, ai quis fiat imus, id est, stercus, quod etiam latamen dicitur, quia letam facit meliorem. Melius à *πῖμα* deducemus, quod est gigno, si-ve nasci facio; reddit enim agros feraces: